R. G. ADAMS

Questo libro composto di libretti trentanove ha un gran valore. Il suo più gran pregio consiste nella lettera di Cristoforo Colombo in lingua Spagnola.



Thomas Randolph Adams

The John Carter Brown Library

GIFT OF

Thomas R. Adams

98-106-42

CARMINA DIVERSORVM POETARVM

IN OBITV

ILLVSTRISS. AC REVEREND.

CO. MICHAELIS TVRRIANI

S. R. E. CARDINALIS AMPLISS.

Cenetæq́; Præſulis meritiſſimi.



VERONÆ,

Apud Hieronymum Diſcipulum,

M D LXXXVII.

RPJCB

PERILLVSTRI ADMODVMQ.
REVER. CO. MARCO ANTONIO
TVRRIANO,

S. R. E. meritiſsimo in vtraq; ſignatura Referendario, digniſsimoq; Veronæ Præpoſito, etc. Mecœnati optimo, Patronoq; colendiſs.

Hieronymus Aenaldus S. P. D.

QVVM ſola virtus ſuo ſplendore, Patrone colendiſſime, trahat omnes ad verum decus, noſq; ſola eternitati commendet, profectò tanquam ex Apolline illud eſt encomium; Nihil eſſe virtute formoſius, nihil pulchrius, nihil amabilius, ſemper enim lucet in tenebris, pulſa loco manet tamen, atque hæret in patria, ſplendet per ſe ſemper, neque vnquam alienis ſordibus obſoleſcit, cuius, eſt ea vis, vt eam etiam (quod eſt mirabile) in hoſte diligamus; Huic autem perfecto, abſolutoq; virtutis generi multas inſeruire artes, ac diſciplinas, & quidem illuſtres animaduertimus, inter quas cum vnaquæque ſuo in genere eximia ſit, tamen aliam alia clariorem eſſe perſpicimus, ex quibus mihi, præſtantiſſimam illarum vt reperirem accuratè ſolerterq; diſcutienti, præcla-

riſſima, præſtantiſſimaq; ac verè diuina Poëſis eſſe videtur, & vt ſenſit Plato, res multò cæteris liberalibus diſciplinis præſtantior, atque diuinior. itaque Poëtæ ſoli illuſtres Heroas, qui vel armis, vel eximijs animi dotibus præclara multa, & memoratu digna, ac propè diuina geſſere, in beatiſſimo Diuorum cœtu diuinis laudibus, encomijsq; ſingularibus digni numerare fuere. At vt illud quò tendimus tandem attingamus, quis ignorat Poëſim eſſe diuinam? cum videamus Poëtas ipſos diuino furore afflatos, talia, tamq; diuina decantare, vt poſtea tantillum furore illo remiſſo vix illa intelligere videantur, qua de re fateri cogimur, illos haud talia concinuiſſe, ſed cœleſte quodam Numen veluti ex optimis, diuinisq; tubis ex ore illorum præcinuiſſe: hoc etiam magis conſtat, quòd non illis, qui ferè ab incunabulis prudentia valuere, è cœlo infuſa fuit, ſed ſæpe illis, qui magis indociles videbantur, quales fortaſſe, Homerus, & Lucretius, immo inſipientiores, ac rudiores illis Heſiodus, & Tinnicus Calcidenſis extitere, quippe qui nulla omnino arte ſuffulti, illicò Vates præclari, admirabilesq; euaſere. Quare clarius luce niteſcit Deum hominibus demonſtrare voluiſſe, hanc diuinam facultatem canendiq; artem, non hominum inuentionem, ſed cœleſte munus, diuinumq; afflatum fuiſſe. Vnde meritò tanto in pretio apud maximos Principes fuit, & ad tot dignitates, totq; honoris gradus fuit euecta, vt Ægiptiorum (prætereo enim, ne tibi

proli-

prolixitate faſtidium pariam Caldeos primos illos, & Hebræos) deinde Græcorum, ac Romanorum mos fuerit ſuos Reges, & Imperatores, cæterosq; magnanimos viros, qui domi, foriſq; præclaras res & facinora geſſerant carminibus ſummis præconijs poſt mortem efferre. Ideò veterum ego, ac maiorum noſtrorum, à quibus omnes bonas leges, diſciplinas, artes, inſtitutaq; accepimus mortem ſectando, idem quòd ipſi, & præſtanti ingenio, exquiſitaq; doctrina viri in hac noſtra, & patrum noſtrorum ætate in aliorum clariſſimorum hominum funere fecerunt, cum ipſe non poſſem per alios efficiendum curaui. Hanc igitur difficilem prouinciam aggreſſus (quam tandem abſolutam reddidi) dedi operam, vt Illuſtriſſimi, ac ſanctiſſimi propinqui tui, de quo nulla ætas conticeſſet laudes promulgarentur, quippequi tot honoribus in vita, ac rerum geſtarum gloria viguit, qui incredibili quadam, & prope diuina vi ingenij, & in Gallia ſemel, & iterum legationis munere fungens, & in Vmbria multo cum vitæ diſcrimine, Eccleſiæq; incremento, magnos honores, immortalemq; gloriam, ad perpetuam poſterorum memoriam ſibi comparauit. Verum mei voti compos factus, tandem Ampliſſimi Cardinalis tui laudes, à varijs, & illuſtribus ingenijs decantatas in vnum redegi; cumq; de Patrono (quo auſpice tutiores in lucem prodirent) quæri apud me cœptum eſt, Tu Patrone digniſſime, qui patriæ ſplendor tuam perilluſtrem

gen-

gentilitatem decoribus altis exornas, qui illuſtriũ in omni genere virtutum fulgore præditus, vicem Illuſtriſſimi illius viri, ac ſapientiſſimi tua in familia geris, ad quem quia omnes meos virtutis actus, quos tuo præſidio, patrocinioq́; ſum adeptus dirigere teneor, vnus vnice occurriſti, voluiq́; celeberrimi tui nominis facem his diuinis carminibus prelucere. Accipe itaque, Patrone optime, hoc munuſculum à tuo Ænaldo, exile quidem, ſi tua in me perquam maxima ſpectaueris beneficia, magnum vero, ſi animum videris, quod ſi candore illo, vt maximè ſpero, quo es præditus, ingenuo ſanè, & auguſto exceperis rugoſi illi cenſores, quibus nil niſi præcellenti ingenio, & induſtria perfectum placet, ad haſce vigiliolas conniuebunt, meq; ad maiora excitabis. Et quoniam qualiſcunque ſim, totus tibi debeo, ita me tibi humillimè & voueo, & addico. Vale ſtudioſorum Mecœnas ſingularis.

Veronæ Quarto Idus Feb. CIↃ IↃ LXXXVII.

DIVERSORVM, AC PRÆSTANTIVM POETARVM CARMINA

IN OBITV

Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Co. Michaëlis Turriani S. R. E. Cardinalis ampliſſimi, & Cenetæ Epiſcopi digniſſimi.

ANTONII PASINII DIALOGISMVS.

Hoſp. CENETA *quem defles? vtinum quid congemit vna?*
Undique cur planctu pectora tunſa ſonant?
Cen. *Es ne adeo nouus ijs noſtris regionibus hoſpes?*
Vt te vnum fugiant aſpera noſtra mala?
Quis Veneti, quis Roma potẽs, qs Vmbria mœret,
Quis fundet gemitus gens quoq; Galla pios.
Concidit (ah miſerum) TVRRIS iam ſidera tangens,
Concidit, ah, Iulij, gloria ſumma fori.

Immo

Jmmo orbis decus egregium, ſacriq́ Senatus
Fax cecidit radians, & pietatis honor.
TVRRIVS illuſtris rara uirtute MICHAEL,
TVRRIVS eloquio ſuſpiciendus obit.
Spem patriæ ſecum rapiens, generisq́ vetuſti
Lumina reſtinguens, prænitidumq́ iubar.
Hoſp. Iure doles, meritoq́ gemunt, qui publica iniquo
Damna ferũt aĩo: me hæc quoq; fata mouent.
Noui hominẽ rarũ meritis, grauitate uerendũ,
Præſtantem eloquio, relligione, fide.
Doctrina inſignem, maieſtate oris honeſtum;
Sed clarum ingenij nobilitate magis.
At noſtra æquo animo nobis iactura ferẽda eſt;
Accidit illi etenim nil, mihi crede mali.
Non obijt, nec obire poteſt tam viuida virtus:
In cœlum redijt, venerat vnde prius.
Nec ſpectare decet nos noſtra incõmoda tãtum;
Sed mage letandum ſorte beante virum.
Nanq; agit æternam, nullo diſcrimine vitam;
Et fruitur veris, & ſine fine bonis.
Jllic expectat ſocios, charosq́ propinquos;
Et nihili humana hæc, quippe caduca, facit.

VALERII

ET, tu non ſine maximo bonorum
Luctu concidis, alte TVRRIANE:
Clarum purpurei, & ſacri Senatus
Lumen optime TVRRIANE; cuius
Fulgebant animo, quaſi in corona
Virtutum radij, ignei vt Pyropi.
Eheu concidis, & trahis tuorum
Tecum ſpes, meritis tuis locatas,
Diuinis meritis, quibus ſuprema
Eſſent debita ſceptra cum Tiara.
Nunc, ò, quis tua facta, quisue laudes
Digno carmine concinat? tuum quis
Satis defleat, omniumq́ʒ caſum?
Facta, quis tuba Maronis impar,
Caſum, cui lachrimæ Simonideæ.
Sed malis tamen vt grauata mens ſit
Tantis, nonnihil hoc leuat dolorem.
Quòd quæ præmia ſumma te hìc manebat,
Illa ſunt tibi parta cœli in aula.
At Domus decus inclytæ, propinqui
Te digni, ac ſimiles tui tuentur,
Lædat vt minus hæc ruina TVRRIM.

MENALCAS.

Doryla. Mopſus.

Do. QVID lacrymis implere ſinũ,et ſingultibus auras
Mopſe facit, cariq́ gregis deponere curam?
Te mærente dolent Dryades, Satyriq́ bicornes,
Pan, qui te docuit calamos inflare canoros,
Pro dulci triſtes ſpargit modulamine queſtus;
Quin reprimunt curſum lymphæ,ſuccũq́ Capellæ;
Nec mirum,dat enim tales tua fiſtula cantus,
Quales ne credas fidibus fudiſſe canoris
Orphea, cum manes eduxit coniugis Orco;
Quales nec fudit dircææ conditor Vrbis
Amphion lapides ducens ad plectra ſonora.
Mop. Amiſit penitus fateor mea tibia carmen,
Lumina lucem, pectus gaudia,membra quietem;
Abſtulit vna dies, poterit quod nulla referre;
Hei mihi deceſſit vitæ pars magna MENALCAS,
Quo mihi carius in vita nihil extitit vnquam,
In reliquum nec erit, triſtis dum vita manebit.
Quem ſi fata diu voluiſſent ducere vitam,
Paſtores omnes concordi mente volebant
Paſtorum primum facere, et redimire corona
Tergemina, eius quã virtus,probitasq́ merebat;
Hæc non eſt mihi viſa dies,ſed funus acerbum.

Amplius

Amplius ah quid ego potero ſperare cupitum?
Sic hominum ſpes fallaces, & inania vota
Redditis ò Diuæ noſtra quæ tempora vitæ
Ducitis, & finem noſtris imponitis annis?
At felix vita meliore potite MENALCA
Non tua vota Deæ fecerunt irrita trinæ,
Quando Deus trinus ter maximus, optimus vnus
In quo ſpes omnes, ſimul omnia vota locaras,
Tranſtulit in cœlum, ſuper aſtraq́ celſa locauit.
Tu noſtri miſerere oro, Regemq́ precare
Cœlicolum, ſinat haud noſtras ſpes prorſus inanes;
Vt nos, poſt varios caſus, vitæq́ labores,
Tecum coniungat, vinclo nectatq́ perenni.
Non poſthac fluxis pergam confidere rebus.
Sperabo Parcas mihi longæ ſtamina vitæ
Torturas, & poſſe dies me viuere certos,
Cum mors mille modis humanos opprimat artus.
Dor. Sat bene dixiſti, pectusq́ angore leuatum
Cerno, quo quantum lætor, non dicere poſſum;
Nam per te melius potes ægram tollere mentem,
Quam quiſquis alius, ſiſto planusq́ ſtupore;
Sunt tua verba Sophi, niueoq́ notanda lapillo.
Deſtituetq́ prius nudos in littore piſces
Pontus, et aſtra Polum, volucresq́ agitabile cœlũ,
Quam tua docta meo labantur pectore dicta.

Jlluſtri Ceneta defuncto Præſule, Roma
Fletibus ora rigans talia dicta dedit;
Huic trinam Parcæ potuere auferre Coronam,
Sed trinum, atque vnum non potuere Deum.

P. F. T.

TVRRIVS ad tumulũ celebri dum funere fertur,
Qui fuerat ſacri ſpesq́, decusq́ Chori;
Heu caput obſcuro Tyberis velatus amictu,
Quas nutrit Nymphas triſtis adeſſe iubet.
Atq; imo poſtquam traxit ſuſpiria corde,
Hos mæſto querulos edidit ore ſonos.
Quis gemitus, clamorq́ virum miſcetur in Vrbem?
Condita curq́ latet nubibus atra dies?
Cur quæ olim viridis cingebat limina laurus,
Nunc triſtes rami, & nigra cupreſſus habet?
TVRRIVS (ò pietas) crudeli funere raptus,
Occidit, & ſecum gaudia noſtra tulit?
Nunc, nunc ò triſtes lacrimarum fundite riuos,
Funeraq́ hæc planctu condecorate nouo.
Roma dole, lugete Patres, quos purpura velat,
Oenotrij periјt gloria rara ſoli.

Ah

Ah quis tam ſæuus, rabidis aut tigribus ortus
Eſt, quem non videas imbre rigare genas?
Cuncta quidem pereunt; nec poſſunt fata moueri,
Debuerant tanto at parcere cæca viro.
Qui magnus fuerat magno de ſanguine cretus,
Sed cuius virtus ſtemmate maior erat.
Qui nobiſq; Deum iungebat fœdere firmo,
Atq; iter ad cœlos pandere doctus erat.
Soſpite quo & terris extincta Aſtræa reuixit,
Et pietas, ſancti quicquid & orbis habet.
Nec Cereris flauæ, blandi nec munera Bacchi
Optauit, mœrens quiſquis egenus erat.
Ceneta teſtis adeſt lugens, & ſqualidus Vmber,
Quos rexit ſumma dexteritate pius.
Et quem pontificis toties mandata ferentem,
Gallia mirata eſt, verba diſerta loqui.
Sanctus Amor doleat, fletu nunc ingemat alto
Viuida Spes, ſemper lugeat ipſa Fides.
Qua ſtetit, ac Ditis valuit perfringere vires,
Relligio, TVRRIS concidit, atq; ruit.
Hæc vbi dicta dedit, lacrymis, preſſuſq; dolore,
Fluminis in latebris ſe addidit ipſe Deus.

IACOBI

DESCENDE cœlo, & lugubre flebili
Dic voce mecum Melpomene melos,
Ecquando tam iuſtus profuſas
Te dolor in lacrymas reſoluit?
Non hic, feretro qui iacet aureo
Extinctus, ima traxit originem
De ſtirpe, nec ſummos honores
Immeritus, tituloſq; obiuit:
Sed cretus alto ſanguine, maximas
Ad res gerendas, cœlitus inſitum
Virtutis, ingenti labore,
Nutriit, excoluitq; ſemen.
Primis ab annis mel bibit artium
Dulce optimarum, cautus & horruit
Quicquid voluptas, & laborum
Appetit impatiens libido.
Inde eruditi laudibus ingeni
Florens, ſupernæ cum ſapientiæ
Flagraret ardore, aduolauit
Ad ſtudii decora alta ſacri:
Moreſq; caſtos, & ſophiam polo
Iunxit profectam Socraticæ, & bonis
Fauit, Magiſtratuſq; ſummos
Geſſit honorificè, optimèq;.

Scelectus

Selectus idem poſtea candidi
Cuſtos ouilis, munere tam graui
Perfunctus eſt, rerumq́; habenas
Imperio benè rexit æquo.
Donec ſupremi Pontificis manus
Sublimiores ad titulos vocans,
Auro decorum, purpuraq́;
Romuleo inſeruijt Senatu:
Ut veritatis ſcilicet vnicæ
Vindex, & hoſtes acer in efferos,
Ab impiorum viperinis
Chriſtiadas tueretur armis;
Demumq́; celſo à culmine gentibus
Ritè inſtitutis ius daret, aureo
Cultu refulgens, atque trina
Tempora conſpicuus corona.
Quæ rara nobis, heu, bona mors fera
Parcæ furentis vulnere, & impia
Fata abſtulerunt, inuidenti
Sueta bonos reſecare falce.
Luce vna inanes ſiccine tot cadunt
Spes? ictus vnus ſiccine tot ferit?
Heu, quid fouemus ſpes caducas,
Atque breui peritura curſu?
Cur inquieti quærimus anxiè,

Quæ

Quæ fabuloſa ſors agitet rota?
Mens ſana non curat, nec vlla
Incolumis premitur ruina.
Hæc ille templo ſpectat ab aureo
Cœli irretortis luminibus bona,
Gaudetq; vitæ tot labores
Innocuo ſuperaſſe curſu.

ORLANDI PESCETI.

QVÆ nuper ſummo feriebat vertice cœlum,
TVRRIS, non vno ſydere cincta caput:
Quæ fidei noſtræ ſæuos perterruit hoſtes,
Corporeq; excepit tela inimica ſuo;
Quæ velut alta Pharos ſpecula monſtrabat ab alta
Lampade candente, quæ via tuta foret:
Dirigite huc curſum exclamans, cæcoſq; cauete,
O miſeri, ſcopulos, & fera Monſtra maris;
Nec vos decipiant Sirenes voce canora;
Ehehu ne falſis credite blanditijs;
Hæc, inquam, TVRRIS, qua nullũ celſius vnquã
Nullum maius opus, nobiliusuè fuit;
Vt ſua iam taceat miracula barbara Memphis;
Concidit & totam nunc breuis vrna capit;
Concidit (heu facinus) noſtraſq; cadendo, ſuæq;
Gentis

Gentis ſpes fregit, conciliĳq; ſacri;
Conciliĳ, rutilo cui ſplendent ſacra galero
Tempora, ſupremi Pontificiſq; ſimul;
Purpurei lugete Patres, luge inclita Roma
Cum TVRRE hac cecidit ſpeſq;, decuſq; tuum.
Lugete, ò vaſtum hoc pelagus quicunq; ſecatis,
Quis vobis poſthac diſcutiet tenebras?
Et tuum monſtrabit iter? ſuſpiria tuq;
Ede pia ætherei ſponſa pudica patris:
Nam quis frænabit poſthac, reprimetq; Tyrannos,
Qui tam ſæpe tibi bella cruenta mouent?

FRANCISCI POLAE.

QVI ſim, qui fuerim, genitus qua gente, quid egi,
Quæ mens, quæ virtus, quæ pietas, quis honos,
Munia quanta obĳ, merui quæ munia, vanus
Explorare labor, tot ſimul illa manent:
Diſce meum nomen tantum; benè nomine noto
Omnia cognoſces. TVRRIVS ipſe fui.

ANDREAE CHIOCHI.

Credimus ingentis deiecta cacumina TVRRIS,
Quæ fuerant laceræ Portus, & Aura Rati?
Fallimur illius ſummum pia cura Tonantem
Tangit, & ætherio celſior axe micat;
Sacra iterum validis renouata eſt Machina muris,
Et Stygium nobis arcet amica canem.

C POLY-

DVM tibi conſpicui latè ponuntur honores,
Cæſaq; de Pariјs ſtant monumenta iugis.
(Purpurea MICHAEL, quē cingere tēpora mitra
Fas fuit, & tantum promeruiſſe decus)
Inuidere hominum ducunt quæ penſa ſorores
Teq; graues titulis ſurripuere tuis.
Fallor? an æternis fuerant tua digna triumphis
Facta, vt ad æthereos hinc raperere Choros.

IVLII PICCOLI.

QVID mihi nunc ſubita cingit caligine viſus?
Luce carens quonam per vada cæca trahor?
Occidit (heu ſenſi) lumen, quod fulſit ab arce
TVRRIS, in Adriaco quæ ſtetit alta ſolo.
Cogitur hinc merito longas iterare querelas,
Soluere & indignas Auſonis ora comas.
Fata queri, iuſtos licet hæc durauerit annos,
Quæ fuit æternos digna micare dies.
Qua duce Scylleam rabiem, vaſtamq; Charybdim,
Effugeret, tumidas quiſquis iniret aquas.
Quid tamen huic potuit nocuiſſe annoſa vetuſtas:
Ictibus aut tempus, queis ruit acta ſuis?
Lucida ſi quamuis ſolitos non præbeat ignes,
Clarior antiqua eſt ipſa futura Pharo.

NVNC ò Melpomene deſere culmina
Parnaſi, & virides Phœbigenas domos,
Et mecum lacrimans funereum ad rogum
Cantus præcipe lugubres. (cus;
Deflendus MICHAEL TVRRIGENVM de-
Deflendus MICHAEL gloria Cænetæ;
Deflendus MICHAEL Romulidum Patrum
Sidus conſpicuum nimis.
Cui vel Relligio, vel Pietas Deum,
Prudens ſimplicitas, ſacraq; vel Fides,
Virtutum & cumulus inſimul omnium
Nullum vſquam inuenient parem.
Præſens teſtis erit peruetus Vmbria;
Præſens teſtis erit ſæuaq; Gallia,
Et ſylua, & nemore, & flumine fertilis,
Et multum pecudum ferax.
Præſens teſtis erit, ſed mage Cæneta;
Cui dono Superum tam prope, contigit
Tam clarum meritis cernere Præſulem,
Quò non clarior extitit.
Quam, ſpretis, renuit linquere, honoribus
Summis, à propria viuere neſcius
(Sæpe ille, vt ſolitus dicere) coniuge,
Seu longè à grege credito.

Heu, heu fera Mors cuſpide lurida,
Quæ ſternis populos, ſceptraq; regia,
Primum docta bonos ducere ad exitum,
Sic ſtatus hominum trahis?
Sed quid de Lacheſis vulnere conqueror!
Eccelſa hic ſuperum limina iam tenens,
Cernens ſub pedibus ſidera, lumine
Æterno fruitur Dei.
Et fors noſtra Poli carmina vertice
E ſummo aſpiciens, quòd ſua funera
Contendam meritis tollere laudibus;
Irridet numeris meis.

EIVSDEM.

NE quæſo, ne Muſa mihi, ne carmina læta
Præcipias, Triſtes triſtia namq; decent.
Huc adſis impexa comas, in veſtibus atris
Deſere meſta choros, Pieriasq; domos.
Et gemitus, lacrimas, luctus, ſuſpiria, plantus
Exere, res eſt nam digna dolore tuo.
Ingemit ipſe Atheſis, Tybris defletq; ſuperbus,
Et lacrimat Dominum Miſchius ipſe ſuum:
Te rapuere Deæ fatalia ſtamina nentes
O decus, ò ſecli gloria ſumma tui.
Dignus eras vnus ſumma qui in ſede ſederes,
Vnus cui rerum tradita cura foret;
Dignus eras geminas late omnipotentis Olympi,

Claudere, qui poſſes, & reſerare fores.
Te tamen, heu, fatum rapuit, tecumq́; ſuperbas
Spes alijs rapuit; ſpes rapuitq́; tuis.
Te lapis iſte tegit rerum pars maxima Romæ,
Hìcq́; iacet Sanctæ Relligionis honos.
I nunc tolle animos, rebus confide ſecundis,
I titulos iacta, ſceptriferumq́; genus.
Non Vrbes, nō Regna iuuant, non Mitra, nec Oſtrū.
Abſtinet à nullo Mors violenta manus.
Vel prece, vel precio non exorabilis, vna,
Solaq́; vel magnos, quæ necat atra Deos.
Aſt ego quid lætos tento infeſtare triumphos?
Gaudia quid querulo carmine turbo tua?
Salue ſancte ſenex nitidi nouus incola cœli;
Salue Magne Pater, perpetuumq́; vale.
Et iam poſt varios caſus, vitæq́; labores
Poſside virtutis præmia digna tuæ.

EIVSDEM.

RELLIGIO, Pietas, Fides, Probitasq́;, Decorq́;,
Hoc ſtabūt MICHAEL, quo tegeris Tumulo.

ALIVD EIVSDEM.

Quid Tumulum, quid ſaxa altis extructa columnis
Miraris? Niueo marmore clauſus ineſt
Illuſtris MICHAEL tyrio ſpectabilis oſtro,
Vel potius meritis, virtutibusq́; ſuis.
Vmbria quem deſlet; deſlet quem Gallia diues;

Caneta quem deſlet, magnaq́ Roma ſimul.
Occidit ille, eheu, & ſpes noſtras morte fefellit;
Totq́ bona, heu, paruo marmore clauſa iacent.
Scilicet exiguas pulſat mors atra tabernas,
Et Regum TVRRES, care Viator. Abi.

EIVSDEM.

DVM fera Parca tibi trũcaret fila MICHAEL
Relligio fatum collacrimata tuum;
Et laniata comas, crudeles parcite Parcæ,
Parcite clamabat, parcite quæſo Deo.
Cui Dea ſubridens: terris conſiſtere Diuum
Nulli fas, ergo, ſi Deus, Aſtra petat.

FAVSTI VARTEMII.

VRBIS ò Romæ decus, atque ſplendor,
Quid tuas laudes memorem canendo,
Cuius eſt ingens ſpatiata terras
Fama per omnes?
Siue maiorum referam tuorum
Diuitem, & magnis opibus potentem
Patriam, & clarum genus, & futurum
Nomen in æuum:
Quæ tibi nullus peperit laboris
Improbi ſudor, celebranda virtus,
Sulmo quem clarus genuit, Poëta
Vix tua cenſet.

Siue

Siue ego laudes, meritosq́ honores,
Illa geſtarum egregie tuarum
Gloriam rerum, generoſa facta
Dicere tentem:
Arguit cœlo veniens canoris
Phœbus audacem fidibus iuuentam,
Ne per immenſum mare parua ventis
Lintea pandat.
Ergo ne in luctus, querulosq́ cantus,
Cui dedit molles citharas Apollo,
Triſtiori Melpomenem vocabo
Carmine Muſam?
At choris Diuum ſuperis receptus
Præmijs diues, meritisq́ onuſtus
Viuis æterno venerandus æuo
Pace triumphans.
Scilicet duræ potuere morti
Nil moræ virtus, pietas, fidesq́,
Nil moræ ſtirps, nobilitas, genusq́,
Ferre nec aurum.
Vane quid moles ſtruis; & tabernas
Pauperum quando, pariterq́ regum
Nemini parcens pede pulſat æquo
Mors fera TVRRES.

Eiuſ-

EIVSDEM EMBLEMA.

Ingenti munita prius dum TVRRE latebat
Vita, tribus quamuis ſtaret aperta locis:
Vincta erat illa tamen, compagibus vndiq; ſcepta,
Carpere ad Empireum qua potuiſſet iter?
Nunc vero effractis cœleſti fulmine tectis,
Hac cadit illa volans aſtra ſoluta petit.

ALIVD EIVSDEM.

ASPICIS vt rapido cecidit concuſſa tremore
TVRRIS, lapſa ſuo condita ſtet gremio?
Nempe Dei nuctu ætherias accitus ad arces,
Hac qui corporea mole vigebat, abit.

EIVSDEM.

Hìc iacet à TVRRI ſat notus ĩ orbe MICHAEL,
Ingenio, ſtudijs, nobilitate potens:
Magnum purpurei lumen, columenq; Senatus,
Italiæ decus, & relligionis honos.
Cumq; aliud nihil ad tantos ſupereßet honores,
Cingeret vt ſacrum quàm Diadema caput.
Ecce tibi, ſummo demiſſum hoc lætus Olympo
Accipit, & ſuperas it reßerare fores.
Sic quas non licuit terris geſtare coronas
Haſce ſibi imſpoſitas ætheris arce gerit.

TVRRE ſub excelſa, diuorum munere, ab omni
Ictu, olim in terris Caneta tuta fuit:
Nunc euecta polo, quà lactea ſemita candet,
Clara aſtris, cœli prænitet ante fores:
Tutus ad hoc lumen poſt hac concede, natator
Quiſquis, turbatum per mare carpis iter.

IVLII PICCOLI.

RIDEBANT homines nuper miracula priſca,
Iamq́; loquax quondam fama ſilebat anus.
TVRRIS erat claris Adriæ celeberrima terris,
Tolleret aſsiduus quam modò in aſtra labor.
Inuidit tempus naturæ rebus iniquum,
Protinus & TVRRIS viſa iacere ſolo eſt.
Saxane Mauſoli (dixit) cecidere ſuperba,
Et ſumma præbens lumen ab arce Pharus?
Altaq́; in aſtriferum minitantia marmora mundũ
Pyramidum, uires teſtificata meas?
Nonne et Apollineus perductus ad aſtra Coloſſus
Concidit, & Triuiæ mira dicata domus?
Ipſa cades etiam, cuius nunc ſparſa per orbem
Fama, per Eoos, Heſperiosq́; volat.
Sic mihi nobilior fueris deuicta triumphus,
Imperio vt ſuperas cuncta ſubacta meo.

TARTARA Threicius mouit teſtudine vates,
Vxor & eſt ſtygijs penè remiſſa vadis.
Flos Italum celebrat dum te ſacer vndiq; vatum
Purpurei MICHAEL fama, decusq́; chori,
Clarior, exuperans fatorum iura, reuiuis,
Atq; modum lachrimis ponere quemq; iuuat.
At non, vt viuas, obſcuro carcere rurſus
Clauderis, at toto; viuis in orbe tamen.

IACOBI ROSSI.

CENETA cur lachrymas fundis triſtisq́; videris,
Ac nullum reperis ſollatium miſera?
Sollatium miſera inueniam non amplius vllum,
Spes mihi nam dempta eſt, omnesq́; confugium.
En Cardinalis noſter deceſsit ab orbe,
Qui viuens noſtræ vita ſalutis erat.
Paſtor erat, doctor mirus, pater optimus, atq;
Dux vigilans tantis vndique lethiferis;
Heu miſeri, indocti, errantes, orbiq; dolentes
Manſimus, atq; ſolum luctus humo remanet,
TVRRIS erat nobis, pauidos quæ nos tuebatur
Cum validis armis hoſtis ab inſidijs.
MICHAEL angelica mente hoc uiuebat in orbe

Egregius nobis, ac velut ipſe Deus.
Abſtulit hunc Dominus Mundo, qui dignus eodem
Non fuit, & regnat clarus in Empyreo.
Clarus in Empyreo Mundanas deſpicit vrbes,
Ærumnis plenas, atque bonis vacuas.
Inq; Deo omne bono, ac ſummo requieſcit amãdo
In quo pax noſtra eſt, vita, ſalusq; micans:

FINIS.

98-106-43

ERRATA CORRIGENDA.

Quiſquis	lege	Quiuis
Vrbem?		Vrbe?
Addidit		Abdidit
Tuum		Tutum
Concede		Contende
Omnesq;		Omneq;

~~H595
N479s
V. I~~

J595
N479s
V.1